

Omnes versiculi incipiendi sunt in chorda tenoris.

2. Quóniam confortávit seras portárum tu**á**rum : * benedíxit fíliis *tuis* **in** te.
3. Qui pósuit fines tuos **pa**cem : * et ádipe fruménti *sáti***at** te.
4. Qui emíttit elóquium suum **ter**rae : * velóciter currit *sermo* **e**jus.
5. Qui dat nivem sicut **la**nam : * nébulam sicut cí*nerem* **spar**git.
6. Mittit crystállum suam sicut buc**cél**las : * ante fáciem frígoris ejus quis *susti***né**bit?
7. Emíttet verbum suum, et liquefáciet **e**a : * flabit spíritus ejus, et *fluent* **a**quae.
8. Qui annúntiat verbum suum **Ja**cob : * justítias et judícia *sua* **Is**raël.
9. Non fecit táliter omni nati**ó**ni : * et judícia sua non manife*stávit* **e**is.
10. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.
11. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

Et repetitur antiphona Omnes colláudant.